

schutzen vnnd hanthaben wollen, so haben wir vnser stat secret an diesen vnsern brief tun hengen, der gegeben ist auf donnerstag nach dem sontage Estomihi nach Cristi vnser herren geburt tawsent vierhundert darnach in viervndachtzigsten iaren.

Nach Abschriften aus dem 16. Jahrhundert im Rathsarchiv zu Leipzig.

No. 527. 1484. 17. März.

*Cornelius Abt des Schottenklosters zu Erfurt verkauft an den Rath zu Leipzig die Rechte seines Klosters an der Parochie St. Jacobi vor dem Ranstädter Thore.*

Cornelius dei gratia abbas monasterii sancti Jacobi Schottorum Erfurdensis ordinis sancti Benedicti Maguntinensis diocesis recognoscimus ac pro nobis nostrisque omnibus et singulis in futurum successoribus publice harum serie litterarum profiteremur, quod dum monasterium nostrum in abbatiali nedum verum et ipsi adiacente ecclesia sancti Jacobi Schottorum parrochiali in opido Erfurdensi aedificiis et structuris ligneis ac lapideis ruinosum quasique ad plenum ex vetustate assumpta iam ruinam passum ac in casum prolapsurum non sine minori animi nostri amaritudine conspicimus ipsumque aliquot annis quibus praefuimus eidem paulatim et non medio-criter ruere ac deficere vidimus prout videmus in dies, nec habentes unde praefatum monasterium cum sibi coniuncta ecclesia de facultatibus propriis reparari et in suis aedificiis restaurari valeat quomodolibet, hac igitur futuris ipsius monasterii dispendiis et perpetuae desolationi quae verisimiliter timetur consideratione moti et quantum viribus nostris possumus obviare et succurrere affectantes exercitium iurisdictionis temporalis et feodum, prout monasterium nostrum nosque hactenus ante valvam quae Ransteter thor nuncupatur extra muros opidi Lipezk Merßeburgensis diocesis circa ecclesiam sancti Jacobi ibidem in quindecim aut pluribus cureis et areis cum omnibus suis attinentiis dependentibus et connexis obventionibusque et suis proprietatibus possedimus unacum iure ad dictam ecclesiam sancti Jacobi cum eam vacare contingat praesentandi nihil sublato aut dempto, citra tamen causas sanguinum, prout ad nos et praedecessores nostros quieta et pacifica possessione spectabant et pertinebant, de nostri capituli consensu voluntateque expressa reverendi in Christo patris et domini domini Tilonis episcopi Merßeburgensis tamquam eius loci ordinarii iusto venditionis titulo providis viris proconsulibus consulibus consulatui et toti communitati antedicti opidi Lipezk et eorum successoribus in perpetuum iure hereditario possidendum pure et simpliciter omni conditione abiecta pro trecentis florenis Rinensibus per se in auro legali solutis ac per nos in usum monasterii pro aedificiorum suorum restauratione expositis vendidimus et praesentibus vendimus omneque ius dominium et proprietatem nobis hactenus inibi competens competentes et quae competebant abiicientes et illi clare ac manifeste renuntiantes ac ea et eas in praefatos proconsules consules consulatum et communitatem Lipezensem, qui sunt et qui pro tempore erunt, omnibus via iure modo et forma quibus possumus et debemus melioribus nihil nobis aut nostris successoribus quomodolibet iuris domini proprietatis aut actionis inibi reser-